









John Carter Brown.









RVDIMEN

TORVM COSMOGRA-


phicorum Ioan. Honteri Coronen-

sis libri III. cum tabellis


Geographicis elegan-

tissimis.

De variarum rerum nomenclaturis per
classes, liber I.



TIGVRI APVD FROSCHO-
nerum. Anno, M. D. L X V.



REDIMENTORVM COSA

mographicorum Ioannis Honteri Co-
ronensis Liber I.



Ocelorum partes, stellas cum flatibus,
vrbes,

Regnaq; cum populis, sparsas & in æ-
quore terras,

Montesq; & fluuios, iunctisq; animalia plantis:

Officia, sectas varias, operumq; labores,

Morborumq; simul species & nomina dicam.

Mundus in æthereum, qui desuper imminet orbi,

Inq; elementorum duplicatur corpora primum.

Æthereus duplices sphærarum continet orbes,

Fixaq; cum septem stellis errantibus astra.

Maiores cycli, qui mundum partibus æquis

Distribuunt, vt signifer æquatorq; feruntur:

Quemq; dies medius designat, & imus horizon,

Lacteus, ac duo qui ducuntur ab axe coluri.

Zodiacus primum bissexis vndique signis

Conspicius, tropicum attingens obliquus vtrinq;

A summo cancrum, capricornum cernit ab imo.

At qui signiferum rectus secat, inq; priori

Lanigeri libræq; gradu lucem æquat & umbras,

Æquator, media in mundi regione locatur.

JOHN CARTER BROWN

LIBER

Qui paribus spacijs occasum cernit & ortum
 Circulus, & gemino concurrit semper in axe:
 Discerniꝫ diem, variatqꝫ mesembrinus orbem.
 Hinc medium sphaerae superum distinguit ab imo
 Alter, & is caeli primum terraeqꝫ, supremum
 Coniungens, fertur (quia visum finit) horizon.
 Lacteus hinc sequitur candore notabilis ipso,
 Qui solus caelo spectatur nocte sereno,
 Transuersusqꝫ diu geminum praetermeat axem.
 Nox bini subeunt, qui quattuor antè relatos,
 Seqꝫ secant, gemino coeuntes cardine mundi,
 Tempora qui signant anni, caelumqꝫ per astra,
 Quattuor in partes diuisum mensibus aequis.

Hinc alios numerant praedictis orbe minores,
 Qui per inaequales diducunt sidera partes.
 Circulus ad boream complectitur Arcton, & intus
 Sidera concludit liquidum fugientia pontum.
 Alter ad aestiui defixus sidera Cancri,
 Solstitio longum cogit decedere Solem.
 Tertius hunc ultra Brumalis nomine dictus,
 Quo noctem tropico sol porrigit in capricorno.
 Vnus ab his superest extremo proximus axi,
 Quem terris pressum notius describit horizon.
 Hisqꝫ parallelis zonis tibi quinque profundum

Diuiditur

PRIMVS.

Diuiditur cœlum, totidemq; plagæ orbe premuntur,
 Quarum quæ media est, vix est habitabilis æstu,
 Nix tegit alta duas, totidem inter vtrinq; locatæ
 Temperiem retinent mista cum frigore flamma.
 Hanc nos incolimus, contraq; antichthones illam.
 Nec dubium antipodes multis consistere terræ
 Partibus, ad centrum directis vndique plantis.
 Puncta duo cœlum in paruos vbi voluitur orbes,
 Constituere polos, geminoq; à cardine mundi
 Per centrum terræ tenuis deducitur axis.

Signifer hinc bissex obliquat sidera, quorum
 Sex videt ad boream, sex æquidialis ad austrum.
 Terdenis gradibus signum distinguitur vnum,
 Bis tricena gradus memoratur habere minuta.
 Atqui signorum varia est natura genusq;
 Mascula sunt, aries, gemini, leo, libra, sagitta,
 Fusor aquæ, iunctumq; simul sortita calorem.
 At sibi fœmineam consciscunt frigida sortem,
 Bos, cancer, virgo, capricornus, scorpio, pisces.
 Frigida sunt nocti, sed mascula sacra diei.

Ipsa quoque his anni variantur tempora signis,
 Namque aries, taurus, gemini, sunt sidera veris:
 Aestatem cancer, leo trux cum virgine complent:
 Corporius autumnum, & duplici cum lance sagitta:

LIBER

Inde hyemem pisces, capricornus, aquarius addūt.

Restat adhuc eadem ternis proportio signis:

Ignea triplicitas aries, feruens leo, Chiron:

Terrea sed taurus, virgo & capricornus habetur:

Aeream sortem chela, vrniger atque gemelli:

Scorpius appropriat, piscesq; & cancer aquosam.

Denique cum vegetet communis corpora virtus,

Singula membra tamē quoduis sibi vendicat astrū

Quippe aries capiti, taurus ceruicibus hæret,

Brachia sub geminis censentur, pectora cancro.

Sorte regit scapulas leo, ventrem atq; ilia virgo,

Libra tenet lumbos, & scorpius inguine regnat,

Arcitenens femori, genibus capricornus amatur,

Cruraq; fusor aquæ reficit, vestigia pisces.

Et quoniam variæ currentes ordine stella

Corporis aequales spacio, similesq; colore,

Haud internosci poterant, solertia sparsas

Scruxit in effigem & variarum membra ferarum,

Imposuit simul iunctis cognomina stellis.

Ad boream geminas ingens Draco diuidit Arctos.

Hinc subit Arctophylax pariterq; Corona, Lyraq;

Proxim⁹ Engona sis: post hūc ophiuch⁹ & Anguis.

Mox Aquila & Telum surgunt, & lactea Cygni

Sidera, Pegasus hinc sequitur Delphina, simulq;

Andromede,

PRIMVS.

*Andromede, Cepheusq; & Cassiopea parentes,
 Armatusq; gener Peseus: circum ora Medusæ
 Horrida, Deltoton simul Heniochusq; feruntur,
 Hinc Aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
 Libraq; scorpius, arcitenens, caper, hydria, pisces.
 Cetus & Eridanus post hæc vertuntur ad austrum,
 Orionq; premens Leporem. Procyonq; refulgens,
 Inde Canis maior stellataq; cernitur Argo,
 Perq; trium loca signorum se porrigit Hydra,
 Craterem dorso gestans, Coruumq; loquacem.
 Hic Fera Centauro resupina tenetur, at vltra
 Thuribulum, notie Piscis fugit astra Coronæ.
 Sunt etiam propriæ dictorum sidera partes:
 Pleiades in dorso tauri sex esse feruntur,
 Fronte sedent Hyades, fundendis imbribus aptæ.
 Inde Propus pedibus geminorum præuia, sed quæ
 In cancro nubem referunt, Præsepe vocantur,
 Moxq; duo circum Præsepe feruntur Aselli.
 Regia stella nitet generosi in corde leonis,
 Virginis in summa gestatur Spica sinistra,
 Sed Protrygeta subit prope dextrâ virginis alam,
 Quattuor in dextra qua conspiciuntur aquari,
 Vrnæ: at quæ pisces connectunt, Vincula dicunt.
 Nodus inest Vinclo: pedibus subiecta Bootæ*

LIBER

*Arcturi stella insequitur Plaustrumq; Bouesq;
 Postremas Hellices stellas: humeroq; sinistro
 Heniochi residet sidus pluuiæ Capellæ,
 Inq; manu laua geminus discernitur Hædus.
 Ast argo in summa micat inclyta stella Canopi.
 Sirius inde Canis fixus maioris in ore.*

*Hinc tibi per medium septem decliue feruntur,
 Saturn, Sol, Luna, Venus, Mars, Iupiter, Hermes
 Fixa quidem toto circumuoluuntur olympo
 Sidera, sed proprios retinent errantia motus:
 Semper enim currunt fixis contraria stellis,
 Atque domos habitant bisseña per astra, suasq;
 Exercent illic proprio quisque ordine vires.
 Luna tenet cancrum, geminos cum virginis astro
 Mercurius, tauro & chelis Venus ipsa quiescit.
 Feruidus inde leo Soli, sed scorpius ardens
 Atque aries Marti cedunt: hinc piscis vterque
 Centaurusq; Iouem, Saturnum fusor aquarum
 Rectorem agnoscit, simul egocerotis & astrum.*

*At planetarum in rapidis distantia signis,
 Dicitur aspectus, quo se impediuntq; iuuantq;
 Cum duo planetae alterutris distare videntur
 Sextam signiferi partem, vel per duo signa,
 Aspectus fertur sexangulus: at tria quartam*

Zodiaci

PRIMVS.

Zodiaci partem cum stant per signem planetæ,
 Conspicitur facies quadrangula: tertia sed pars
 Signiferi, reddit per quatuor astra trigonum.
 Denique per mediam contraria sidera partem
 E minus aspectum soliti firmare planetæ:
 Ac certis spacijs concurrere rursus eodem
 In signo, quoties superi obscurantur ab imis.
 Sunt etiam aduersa gemini se parte secantes
 Orbes, quos faciunt Solis Lunæq; meatus:
 Sectio qua Phœbe gelidas ascendit ad arctos,
 Hæc eadē caput est: sed altera cauda draconis,
 Quā Luna imbriferū cursu descendit ad austrum.

Accipe quo spacio perlustrent signa planetæ:
 Saturnus cursum duodena per astra rotatum
 Motu retrogrado terdenis conficit annis.
 Bissenisq; Iouis bisseña perambulat astra
 Sidus: at ipse duos graditur Mars amplius annos.
 Sol in se sua per vestigia colligit annum.
 Signa Ven⁹, dubiusq; anno min⁹ amplius Hermes,
 Sed bis quindennis percurrit Luna diebus.

Hinc ortum triplicem nobis posuere priores,
 Quo stellæ ascendunt, obituq; sub æquora pergunt.
 Cosmicus exorto stellas cum sole reducit,
 Cum simul aduersæ tingunt se Tethyos undis,

LIBER

Occiduo Chronicus surgentes cernit horiſon
 Sole & in oppoſita ſtellas regione cadentes.
 Quin ubi Phœbus equis ſummo procul axe receſſit,
 Incipiunt ſtellæ ſenſim aparere minores.
 Mox cum ſol prior ſtām̄is opera omnia luſtrat,
 Aſtra polo fugiunt, quorum ſimul agmina cogit
 Lucifer & cœli ſtatione nouiſſimus exit.

Ut ſtelle in longum primo diſtare videntur
 Arietis à puncto, ſic has ecliptica monſtrat
 Linea ſigniferi in latum ceſſiſſe. Per axem
 Et fortunatas quæ tranſit linea terras,
 Inde quidem trahitur diſtantia longa locorum:
 Sed ſpaciū latum eſt, quod ab æquatore recedit,
 Atque poli gradibus reſpondet ubique leuati.
 Declinat ſidus, cum diſtat ab æquidiali.
 Eleuat, ex imo quod in altum mittit horiſon.

Meſſembrinorum quiuiſ ſemiſſe recepto,
 Quindenīue gradus, reſpondent protinus horæ
 Vniū ſpacio: ſex & triginta feruntur:
 Quiſque gradus denos retinet: quantoq̄ recedit
 Longius à medio noctes æquante dieſq̄,
 Orbe, magis coiens geminum decreſcit ad axem,
 Aſtiuoſq̄ dies numeroſis explicat horis.
 At gradus in longum, ſub cyclo ſcilicet æquo:

PRIMVS.

In latum, stadijs respondet vbiq̃ue locorum
 Quingentis quorū spacia hæc tibi carmina signant,
 (Quatuor ex granis digitus formabitur vnus.
 Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus:
 Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum
 Quinq; & vicieni stadium dant: sed miliare
 Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi leucam.)
 Milleq; bis decies passus nunc iura diurnum
 Constituere viæ spacium: miliaria forte
 Quattuor, exiguoue minus nostratia reddunt.

Inferior mundus tellure & aqua, aere & igne,
 Dicitur ex primis rerum consistere causis:
 Ex quibus assiduīs vicibus modò cuncta creantur,
 In quæ iterum, quicquid natum est, natura resoluit.
 Aeris æthereo vis est stabilita sub igne,
 Quæ sibi dissimilis triplici regione notatur,
 Sūma calet, media est gelidissima, proxima vtrunq;
 Aestatem ac frigus diuerso tempore sentit.
 Quippe vapor duplex ascendit in aera, primus
 Crassus & humidior propria gravitate tenetur:
 Aridus atque calens sine pondere profilit alter.
 Ex humente quidem concreescere sæpe feruntur
 Hybernæq; nives, matutinæq; pruina,
 Largior & crassus descendens nubibus imber,

LIBER

Roresq; nebulaq; & mista grandine nimbi.
 Et sicco alterna generantur sorte vapore,
 Fulgura cum tonitru, rapidi cum fulmine venti.
 Nomina ventorum posthac patriamq; docebo:
 Quattuor oppositis veniunt è partibus orbis,
 Quos circum varij dextra læuaq; feruntur,
 Impelluntq; leues aduersis flatibus auras.
 Frigidus à summo descendit Aparctias axe,
 Circius ad zephyrū, Boreas hunc cingit ad ortum.
 Auster ab aduerso pluuias inducit olympo,
 Ab Lybe qui dictum, dictū quoq; spectat ab Euro.
 Insuper & verno flat Subsolanus ab ortu,
 Solstitium huic sociat retrahentem nubila ventum.
 Brumalesq; tropæ violentum flatibus Eurum.
 Occiduo Zephyrus de cardine spirat, ac ipsum
 Africus hyberno contigit sole cadente,
 Ac simul Argestes æstiuo solstitiali.
 Tempus & ad solidā propius descendere terram,
 Quæ centro in medio penitus firmata quiescit.
 At circum roseis sol vectus vbique quadrigis,
 Exortu lucem, discessu procreat vmbra.
 Eclipsimq; facit, si quando corpora lunæ
 Obiectu terræ radijs intacta relinquit.
 Oppositisq; leuem pingit sub nubibus Irim.

Nec

PRIMVS.

*Nec dum etiam solitas diuersis mensibus anni
Continuare vices, variasq; nouare locorum
Perpetuo cessat motus discrimine formas.*

*Longa parallelis est subita terra duobus,
Vnde dies mediam ab reliqua distinguitur horam:
Climaꝝ in oppositis memoratur partibus orbis.
Atque hinc per Meroen, per niloticamq; Syenen,
Et per Alexandri, rhodij quoq; Appollinis vrbes,
Perq; Hellepontũ atq; Borysthenis ostia currunt,
Ripheasq; arces, quibus additur vltima Thule.
Inde per antithesim contraria climata longas
Imparibus spacijs variant noctesq; diesq;.
Quinetiam tellus varia ratione vocatur,
Insula, continuum simul & peninsula, & isthmus.
Aequoreos itidem fluctus, quibus abditus orbis,
Oceanum appellant, pelagusq; sinumq; fretumq;.*

RVDIMENTORVM COS-
mographicorum Liber II.

Nunc quoque terrarum triplices percurrere
partes,
Europæ, pariterq; Asiæ, Libyæq; calentis
Aggrediar, priscis miscens noua nomina regnis.
Nanque velut rerum cursus sub sole per orbem
Incertis vicibus nunc huc, nunc fluctuat illuc,
Nec retinere valet stabilem per secula sortem.
Sic olim indigenis bello, fame, peste fugatis,
Nomina sæpe nouis sunt commutata colonis.
Finibus Europæ clauduntur Iberica regna,
Quæ prima oceanum spectant, solemq; cadentem.
Hinc sursum versus borealia littora Galli,
Germaniq; tenent, & gentes Sauromatarum,
Quæ Scythiam partim contingunt solis ab ortu:
At Scythiam Thraces opibus belloq; superbi,
Et Macedum quondã clarissima regna sequuntur.
Græcia de hinc notium longe procurrit ad axem,
Cui Peloponnesus bimari coniungitur Isthmo.
Hinc procul Ionios exceptans margine fluctus
Adrias, Illyricis Italos seiungit ab aruis.
Europæ medium Dacorum regna tenent: mox
Pannoniæ

S E C V N D V S.

Pannonia tellus vicinis iuncta Polonis,
 Undique terrificis premitur nimis obuia bellis.
 Principioq̃, triplex Hispania continet vrbes,
 Batica quas posuit, quæ nunc Granata vocatur:
 Quasq̃, Tagus spectat per Lusitania regna,
 Quæ modo Castiliæ mutato nomine tellus,
 Gallicia simul & Portugallensis habetur.
 Et quas præcipiti cursu pertransit Iberus,
 Qui per Nauarram Tarraconensia rura
 Obliquus fugiens, pelagi coniungitur vndis.
 Corduba principio præpollet, & Ispalis vrbes,
 Priscâq̃, Tartessus, Paxiulia, Compostella,
 Hinc & Vlyssipo simul & Salmantica, moxq̃,
 Illipula magna & gemina Carthaginis arces.
 Toletum, infeliq̃, olim Numantia, Burgis,
 Mœniaq̃, Emerita, & Gallis vicina Gerunda.
 Tum Pompeiopolisq̃, Augusta q̃, cæsaris, atque
 Tarraco quæ nomen citimo dedit incluta regno.
 His iungas veterem cum Barchinone Saguntum,
 Dertosa q̃, urbemq̃, Valentis nomine dictam,
 Ac plures alias, vbi non obscura feruntur
 Flumina, & hesperio recludunt ostia ponto,
 Bætis, Anas, Doria q̃, simul Minijq̃, fluenta,
 Et Tagus auriferis passim fecundus arenis,

LIBER

*Hic Sacrum, Nerium, promontoriumq, Trileuce
 Oceano incumbunt: pelago Scombraria, Calpe,
 Quæ sociam spectat trans æquora stricta colūnam.
 Gallica Pyrene sublimi vertice regna
 Hispanis terris discernit solis ab ortu,
 Quattuor in partes diuisa: Aquitania prima est,
 Celtica quam sequitur: sed Belgica Narbonensem
 Desuper arctoïis submotam spectat ab oris.
 Has nunc alternis vicibus tenuere minores,
 Gasconij Turonensesq, nouiq, Britanni,
 Normandi, Franci, Burbonenses & Auerni,
 Picardi Flandriq, Hanones ditesq, Brabanti,
 Campaniq, & quos Burgundia prisca Sabaudis,
 Ac Delphinatus pariterq, Prouincia iungunt.
 Verum Aquitanorū celebres memorabimus vrbes:
 Primaq, Burdegala est, posthāc Genebūq, tenetur,
 Et Turonensis tellus, & Auaricon, Andes.
 Luteriam inde colunt, & Lugdunensia Celtæ
 Mœnia, sed cessit Rotomagus in ordine Belgis,
 Et Gandauorum populi, ciuesq, Louani.
 Tullion hinc Lotharingorum atq, Metensia rura
 Intermixta manent germanis vndique terris.
 Cis Rhodanū Auenion iacet, Allobrogūq, Viennas:
 Mox Arelas Geneuæq, lacus, Visontion, atque
 Massilia*

S E C V N D V S.

*Massilia externis quondam constructa colonis.
 Vltior Narbo, Mons pessulus atque Tolosa.
 Sequana post Mosam, Ligeris, fluuiusq; Garunna,
 Oceani repetunt diuersa per ostia fluctus.
 In medium pelagus concordi fluminis alueo
 Ipse Araris Rhodanusq; Isara atq; Druëtia currūt.
 Germanas etiam terras prope flumina Rheni,
 Atque alias alio iungam sub sole iacentes.
 Deciduas partes gens martia Germanorum
 Heluetij, simul & Vasti colit incola regni:
 Moxq; Sicambrorum populi, cultiq; Batavi.
 Cimbrica cum Frisijs Septem subiecta trioni
 Chersonesus habet Pomeranos proxima saltus.
 Slesia sed roseos solis consurgit ad ortus.
 Inde Morauorum transgressus rura videbis
 Austriacos colles & campos vitibus aptos.
 At Styriae scopuli, rarisq; Carinthia campis
 Australes, tangunt Athesina cacumina: moxq;
 Heluetiae summis æquandæ nubibus alpes,
 Quattuor in partes aliò currentia fundunt
 Flumina, Danubiū, Rhenū, Rhodanūq; Padumq;.*

*Interiora tenent diuersis Teutones arua
 Nominibus, iuxta Hercyniam cultissima syluam
 Rætia vindelicos Virtembergensibus agris*

LIBER

Diuidit: *Alsaciam* post hos *Franconia* iungit
Hessorum populis: quin & *Turingia* *Misnæ*
Saxonas ac *Marchos* sociat, sed *Norica* tangit
Oppida, continuis munita *Boëmia* syluis.
 Trans *Rhenū* celebris *Constantia* prima tenetur.
 Mox *Basilea*, simulq; *Argentiniensis* rura.
Treueris inde vetus *Maguntinensibus* aruis
 Iungit *Aquisgranum*, *Agrippinensesq;* colonos.
Geldria, *Traiectum* pariterq; *Antuerpia* magno
Vicina oceano, cis *Rhenum* plurima passim
Oppida respiciunt *Frysiarum* ac *Vestfala* rura.
Lipsia *Brunsvigam* gelidas hinc spectat ad arctos,
Casiliam ad zephyrum, disiunctos rursus ad amnes
 Hinc atq; hinc geminā *Francfurti* dispicit urbem.
 Ast *Erfordensi* succedit proxima tractu
Herbipolis, simul & vicinior *Ulma* *Tubingæ*.
Norica metropolis post has, & *Praga* sequuntur,
Breslaq; *Lubecumq;* ac *Vittembergæ*: sed ultra
Danubium, tepidoq; habitata propinquius austro,
Grecia, *Villacumq;* *Oeniq;* cacumina pontis.
 Hisq; *Salisburgam* socies, pulchramq; *Viennam*,
 Cumq; *Ratispona* *Monachū*: dehinc *Vindelicorum*
Augustam placet, & *Patauinæ* addere ripas.
 His quoque largiflui fontes miscentur & amnes:

SECUNDVS.

Ad boream currunt Amasus, Visurgis & Albis.
Rhenus, & hinc Odera, ac popularis vtriq, Sueuus.
Danubius reliquos secum deducit ad ortum.

At nunc Sarmaticos cāpos Scythiamq, niualem
Cis Tanaim fluuium & Maotidis ampla paludis
Æquora, sub stellis geminæ lustrabimus Vrsæ.

Hanc terram primum veteres coluere Agathyrsi,
Et cum Thyssagetis Nomades, rigidiq, Georgi,
Quin & Hamaxobij plaustris sine sede vagantes,
Basternæq, Getæq, sagittiferiq, Geloni.

Insuper Euxino propior gens Taurica ponto,
Taurica supra alias quondam sæuissima gentes:
Sed cultus terræ postremis mitior annis

Contigit. Hesperiam partē zephyrisq, propinquam
Nunc propria duplices retinent ditione Poloni,
Et quæ Sarmatico coniuncta est Prussia ponto.

At Massouitas simul & Samogitia rura,
Ab boream accliui sequitur Liuania tractu.

Nec procul hippophagis affinis Russia Moschi,
Iunctaq, Lithuanos tangit Podolia saltus.

Est etiam extremo quædam sub cardine tellus,
Ac Noriuegorum glaciali proxima ponto
Littora & indomitæ contermina Suetia Gottis,
Scanorumq, rigens arcteo frigore tractus.

LIBER

Sed tamen & cælo propiora fruuntur iniquo
Oppida, Riphæis nimis infestata pruinis.
Atque ideo raræ indigenis cultoribus vrbes,
Quas inter celebris Posnania prima Plocenses
Dantiscosq; pari discernit limite campos.
Inde Toronensi Mons regius additur vrbi,
Moxq; propinqua Rigæ Marieburgensibus agris
Littora. Sarmaticiq; caput Cracovia regni:
Quin & Lublinæ sociata Premisliaterræ,
Vilna quoq; & propior Leoburga tepentib; austris.
Istula præterea, liquidiq; Borysthenis vnda.
Pluraq; per Scythicas currunt sine nomine terras
Flumina, stagnantesq; augent remorata paludes.

Sed iam tempus erit propiores visere partes,
Pannoniam Illyriamq; simul, Thracenq; cruenti
Mauortis patriam, nimium nimiumq; propinquos
Dalmatiæ fines, vastatamq; vndique Bosnam.
Myssorum inde solum, Dacorumq; oppida: quæ nunc
Moldauiq; tenent, transalpiniq; Valachi.
Et quæ carpathio septem circundedit arces
Vertice, bulgaricis modo Transyluania terris
Haud multũ disclusa. Sed enumerabimus vrbes:
Regia Budensis prima est, mox Agria, post quam
Cremnicæ montes, Posonensiaq; arua sequuntur,

Et

SECUNDVS.

Et cum Strigonicis Cassouia prisca colonis.
 His quoq, Bellogradū, & regalē iungimus Albam,
 Emporiumq, simul Varadini, atque alta Cibini
 Mænia, præcipitiq, sitam sub monte Coronam,
 Quam primā Europe Christi documenta sequentem
 Sol oriens radijs lustrat propioribus urbem.
 Nox Adrianopolis Sophiæ vicinior aruis,
 Nicopolisq, triplex iacet, & Selymbria, Varna:
 Inde Liburnorum Scardona, simulq, Ragusi.
 Quæq, tenent Ponti Byzantia littora fauces,
 Quid memorē Anchialonq, Heracleâq, Perinthūq,
 Abderamq, Maroneamq, & Olynthon & Aenon,
 Callipolimq, & quæ sociant freta Seston Abydo,
 Atque alias, quarum iam nil nisi nomina restant?
 Imò etiam patrijs nunc vix hæremus in oris.
 Non tamen antiqui desunt regionibus amnes.
 Danubius secum defert Oenumq, Lycumq,
 Germanos fluuios: sed aquæ septemplex Istri
 Nomine mutato decliuius vndique ripis
 Præcipitē Drauū ac Sauū, placidumq, Tibiscum,
 Et patrium simul in Pontū comitantur Alutham.
 Strymonis Aegæo, Nessiq, Hebriq, fluenta
 Miscentur pelago. Montes quoque partibus illis,
 Ismarus & Rhodope, coniūctusq, Orbelus Hæmo,

LIBER

Et qui Dalmaticis late discernit ab oris
 Rascentes populos sinuoso vertice Scardus.
 Vltior Macedū tellus, quondā incl̄yca regna,
 Continet Albanos, mox Pæonas atq; Pelasgos
 Aemathia campos quoque, Mygdoniaq; recessus.
 Has prope Thessalicis Magnesia iungitur agris.
 Doris item spectat Locrensia rura, sed vltra
 Proximat Aonijs Phocensis & attica tellus.
 Trans Isthmum Aetoli simul & vicinus Acarnan,
 Epirusq; iacet, varijs distincta colonis.
 Atq; hæc prisca quidem, nunc Turcia tota vocatur.
 Helladis at vix dum vestigia parua supersunt.
 Quin igitur veteres potius celebrabimus vrbes:
 Primaq; Dyrrachium est, vrbisq; ab Apolline dictæ
 Mœnia, Pieriaq; domus gratissima Musis.
 Hinc Hypatæ Phibiaq; & Larissæa sequuntur
 Oppida, mox & Opūs, & Pella insignis alumnis,
 Et quæ prima fidem nostrum diffudit in orbem,
 Amphipolisq; simul, nec non Berræa Philippiq;
 Et Thebæ Baccho celebres, & Apolline Delphi.
 Aulidis hinc portus, Megara & cerealis Eleusis,
 Tum proprium diuæ cognomen & vrbis Athenæ.
 His quoq; Naupaclū, Anticyrā et Calydonia rura,
 Leucadaq; Ambraciamq; simul, glandisq; feracem
 Dodonam

SECUNDVS.

Dodonam & celsam Buthroti iungimus urbem.
 Per Macedum fines pelagi petit Axius undas
 Nec procul & Chabrius rapidiq; Haliacmonis am-
 Peneusq; fluës medius per Thessala Tēpe: (nis,
 Sperchij Ismeniꝫ vadum, Cephisus & acer
 Illissus, crebrasq; vrgens Achelous arenas.
 Quinetiam varij celebrantur in Hellade montes:
 Pelius, Othrys, Athos, & fato nobilis Oeta
 Herculis, & bijugo Parnassꝫ vertice colles:
 Virgineusq; Helicon, natusq; ad sacra Cithæron,
 Ossaq; cum Pindo, maiorq; ambobus Olympus.
 Hinc spectant Adriæ prærupta Ceraunia fluctus,
 Sunion Egæum. Sed vastas carmine terras
 Helladis emensi, bimarem transibimus isthmum.
 Ac simul argolicas & achæidas atque Laconum,
 Et Peloponesi reliquas per littora gentes,
 Urbibus ex proprijs dictas lustremus, & intus
 Arcadas antiquos: quibus, adiicientur & vrbes,
 Argosq; Sparteq; agamemnoniaq; Mycenæ:
 Mox Epidaurus adest, & nobilis ære Corinthus,
 Olenus & Sicyon, Patræq; humilesq; Cleonæ.
 Gythion ac Træxen, Messene, notaq; Lerne.
 Inde Methona, Pylus. Pisarum atq; Elidis vrbes,
 Mantinea, Tegea, Megalopoleosq; coloni.

LIBER

*Inachus Argolicos campos, Asopus Achivos,
Eurotas cultus Lacedæmonis irrigat agros:
Nec procul Alpheus lapsus subter mare, qui post
Ore Arethusa tuo siccis confunditur undis.
Arcadiam illustres incingunt undique montes,
Menala, Taygetus, Pholoe ac Stymphalides um-
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei. (bra,
In mare Spiraëum tendit, Maleæq; furentis
Aëstus, & acritas ac Tanarus ostia Ditis.*

*Hesperios procul hinc tractus, atq; itala regna
Incingit mare quod supra, quodq; alluit infra:
Sed mediam duplices secatur Appenninus utrinque
Ausoniam in partes. Adriam littusq; sinistrum
Cum Carnis Venetiæ colunt, Galliæ togati,
Umbri Picentesq; viri, Prisciæ Sabini,
Pelignosq; sequens Frentanus & Appulus agros.
Hic salentini calabriq; per oppida campi,
Magnaq; in ausonijs habitatur Græcia terris.
Brucia Lucanos tyrreno littore primos,
Et Campanorum latos circum æquora colles,
Volscorumq; domos spectat, veteresq; Latinos,
Hinc Ligurum populos, Hetruscorumq; penates,
Insubriumq; agros, spaciosasq; insuper vrbes:
Quæq; tenent Veneti munita palatia ciues,*

Et

S E C V N D V S.

*Et Mutina Patauiq, arces, ditisq, Rauennæ.
 Histrorum inde iacent Tergeste, Aquileia tractu:
 Ultra Ancona mari spectata, Bononia campis,
 Mox & Ariminon & Ferrara, Nursia, Sulmo,
 Sipuntum atq, Amiterna domus, Venusinaq, rura,
 Brūdusiū, Hydruntūq, propinquaq, tecta Crotonis.
 Inde Tarentina Metapontum iungimus vrbi,
 Rhegion ac Locros, biperiq, rosaria Pæsti,
 Sirenum scopulos, promontoriumq, Mineruæ,
 Surrentum, Capuā atq, altū Præneste, Salernum,
 Parthenopesq, arcem, & Cumæa templa Sibyllæ,
 Nuceria & Nolæ Beneuentanosq, colonos,
 Antiphataq, domum, & circeæ littora terræ.
 Mox Caieta iacet, Sinuessaq, Tybur, Aquinum,
 Ardeaq, & rerum quondam pulcherrima Roma.
 Roma caput mundi: Perusinaq, rura sequuntur,
 Et Florentinis immissus mœnibus Arnus.
 Nec Mediolani pulchram reticebimus arcem,
 Dertonā Ticinumq, simul, Genuamq, superbam,
 Tridentum Pisamq, urbem, veteremq, Cremonam,
 Mantua quā sequitur, Verona, Placētia, Parma,
 Atq, aliæ plures, quas præterlabitur amnis
 Eridanus, post hunc Rubicon præcepsq, Timaus:
 Hinc Tifernus, & Hirpinis è montibus ortus*

LIBER

*Aufidus: ac Tuscum qui deuoluuntur in aquor,
Vulturnusq̃ celer, Silari Sarniq̃ fluente,
Cuiq̃ fuit rerum concessa potentia, Tybris.
Sed quis finis erit, si prosequar omnia verbis
Oppida & apricos colles, syluasq̃ lacusq̃,
Fluminaq̃, & campos, sinuososq̃ vndique portus?
Omnia sunt fama totum vulgata per orbem.*

RV D I M E N T O R V M C O S - mographicorum Liber III.

HÆtenuſ Europa luſtratis ordine regnis,
Et procul hinc vëtis immëſa per aquora vecti,
Tandem Aſiæ magnæ populos videamus & vrbes,
Hanc late triplici contingens lictore vaſtus
Alluit oceanus. Zephyris obuerſa tenetur
Inclÿta Syrorum tellus, Aſiæq̃ minoris
Portio, & antiquo notiſſima carmine Colchis.
Tum varia gentes paſſim deſerta Scytharum,
Mox etiam tenui felices vellere Seres,
Tartariciq̃ tenent borealia rura coloni.
Hinc oriens Scythiam trās celſum ſpectat Imaum,
Regnaq̃ trans latum quæ reſtant indica Gangem.
Quinetiam interior longe procurrit ad auſtrum
India, Carmanisq̃, propinqua Gedroſia terris,
Perſidis

TERTIVS.

*Persidis inde solum sequitur, chadæaq; regna,
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Multæ intus gentes, celebres populiq; potentes
Terrarum varios sparsim tenuere recessus.*

*Sed nos iam Syriæ pennis aduersa fauoni
Littoraq; & terram lustremus melle fluentem.
Prima Palæstinam Sirbonidis alluit vnda,
Mox & oliuiferis Iudææ collibus, illinc
Phœnissas pariter gentes, Apamenaq; rura,
Verum hinc palmiferam prorsus sociabis Idumen.*

*At Galileorum spaciofo limite fines
Latifluus Iordan scindit Trachonitidis aruis.
Interiusq; solum bis quinis vrbibus aptum,
Hinc Cælen syriam, hinc Casiotidis aspicit agros:
Insuper & mediam concludunt flumine terram
Tigris & Euphrates, qui per Babylonica lapsi
Mœnia, voluuntur sinuosum in Persidis æquor.
Sunt etiam egregiæ dictis regionibus vrbes,
Ascalo & Antipatris, pariterq; Azotia rura,
Et Samaritanis habitata Sebasta colonis.
His sacram Solymorū adem, Gazamq; potentem,
Cæsaream duplicem, & priscam iungemus Ioppen,
Cum Sidone Tyrū celebrē, & Ptolemaidis vrbem,
Beryton ac Tripolin, Myriandron, Laodiceam,*

LIBER

Tiberij atque alias Galilei littoris arces,
 Et Gadarenorum fines, urbemq; Scytharum.
 Nec procul Europum claramq; videbis Edessam,
 Nisibin, & latio maculatas sanguine Carras.
 Est quoque diuersis non vna Seleucia terris,
 Prima tenet littus, medios colit altera campos.
 Palmyra deinde subest, Hierapolosq; coloni.
 Antiocheia duplex, quarū accolit altera Taurum,
 Altera per medium labentem cernit Orontem.
 Chysoroas pulchro præterfluit amne Damascum.
 Iordanisq; sacer geminis è fontibus ortus,
 Per lætas valles & amœnos vndique saltus
 Tandem Asphaltitæ diris immergitur vndis.
 Hoc tractu quondam Deus impietate superbas
 Sulfureis flammis Sodomorum perdidit vrbes.
 Et Iericunta quidem similis vindicta secuta est:
 Totaq; nunc regio priscis viduata colonis,
 Obruta desertis vestigia quærit in agris.
 At nunc præcipuos videamus in ordine montes,
 Fœcundum cedris Libanum, celebrataq; fama
 Carmeli iuga: mox è quo Deus ipse tremendo
 Fulgure cum tonitru lapsus perterruit orbem.
 Inde duplex Casius geminato vertice surgens,
 Hinc Pelusiacæ, inde Seleuci iungitur vrbi.

Verum

T E R T I V S.

*Verũ age nunc tandẽ portas superemus Amani
 Ac primos Cilicum populos, Asiaq̃ minoris
 Littora, & internos peragremus vbique recessus:
 Pamphyliam & lycias vrbes, Lyciaq̃ propinquos
 Caras, & Aegæi confines æquoris agros:
 Ionie clarasq̃ domos, Lydosq̃ penates,
 Aeolidosq̃ & Mysorum quondam inclyta rura.
 Hinc Rhetæa iacent Phrygiæ clarissima bello
 Littora, principiumq̃ Propontidis Hellepontus:
 Mox Bithynorum fines, quã strictior alter
 Bosphorus Euxinum pontum concludit: at vltra
 Paphlagonum tellus coniuncta est Leucosyrorum,
 Cappadocũ & Chalybum ferri prægnantibus agris.
 Inde Lycaonia Pisidarumq̃ arua, simulq̃
 Mæones & Galatæ medios tenuere recessus.
 Verum ea barbarie nunc tam confusa premuntur,
 Vt neque sint noti fines, neque mœnia terris:
 Atque ideo veteres vrbes, & prisca locorum
 Nomina, & insignem quondã celebrabimus Issum
 Mox intus Cydni diuisam flumine Tharsum,
 Et crassam Soloen Pompei nomine dictam,
 Coryciamq̃, urbem pariter portumq̃ specumq̃,
 Nec procul Aspendus ripas tenet Eurymedontis.
 Hic etiam Attalici colitur vicina colonis*

LIBER

Cynthia Pergensis simul & Paterëus Apollo.
 Inde Crai^q, iugum, nocturno^q igne Chimæram
 Terribilem, & Xanthi flauas linguamus arenas:
 Piscosam^q Gnidon potius, claram^q, sepulchro,
 Urbem Halicarnassum, & Mausoli nomine regis,
 Egæi^q, alias memoremus littoris vrbes:
 Ionice^q, caput gentis, celebrem^q virorum
 Mileton patriam, & Mycales sub rupe Prienen,
 Cū Colophone Ephesum Latoidos æde superbam.
 Hinc Sardi coniuncta tenent vineta Timoli,
 Clazomenæ littus, sinuosos Smyrna recessus.
 Interius Trallis, Philadelphia, Laodicea,
 Pergamus ac Thyatira: sed & clarissima rerum
 Troia sub idæis radicibus, vnde Scamandri
 Et Simoentis aquæ voluuntur in Hellepontum.
 Antandrus posthac subit, in^q, Propontidis oris
 Cyzicus, extremo^q, iacens Nicomedia Ponto.
 Hanc supra ad boream sunt & Chalcedones agri,
 Atque Heraclei fines, vbi dicitur olim
 Cerberon Alcides ferro duris^q catenis
 Ex Acheronte imo superas traxisse sub auras.
 Nicæam Ascanius, sed Prusam illustrat Olympus.
 Inde Cythoriaco cum monte videbis Amastrin,
 Et Teutranteos fines, notam^q, Carambin:

Mox^q

TERTIVS.

Moxq̃ Sinopenſes medijs ſpectantur Amiſi
 Partibus, irriguiſq̃ aſſueta Themiscyra campis,
 Hic & Amazonidũ prope flumina Thermodootis
 Caſtra fuiſſe ferunt: extrema in littora Ponti
 Vertice montano Trapeſus incluſa receſſit.
 Interiore ſeaſtopoliſq̃ & Amaſia tractu,
 Ancyra & Iconium, Derbe, cumq̃ vrbibus amplis
 Antiochenorum, vix nota parte coluntur.
 Hic tamen Egæo curuiſ illabitur vndis
 Mæander, ſimul & cantu celebrata Cayſtri
 Flumina, Pactolo coniungitur aurifer Hermus:
 Vorticibusq̃ altis remorata fluenta Cayci,
 Atque alij ſubeunt non parui nominis amnes.
 Parthenius poſthac, & Haly vicinior Iris,
 Sangariusq̃, petunt Euxini littora ponti.

His tamen omiſſis pariles videamus ad ortum
 Armenia tractus, præfecturasq̃ potentes,
 Et Pariedri altos apices, montesq̃ Ceraunos:
 Vtteriꝯq̃ auro celebratam & vellere Colchia.
 Aſt Albanorum medios includit Iberos
 Planicies, ſinem Cyro quæ ducit ab amne,
 Et premit eoas Hircano littore partes.
 Samoſata Euphratis ripas, Melitenaq̃ rura,
 Tigranocerta tenet colles, Artaxata campos.

LIBER

Cassia quâ præceps ad littora fertur Araxes.
Inde Dioscorias in sinibus Heniochorum,
Mercibus externis & vocum mille figuris
Incluta, latifluas despectat Phasidis undas.
Nec procul Hermonassa vetus, vinctusq; Promethei
Caucasus, ac niuib; sylvisq; grauat; opacis.
Essedones Colchis accedunt, moxq; Coraxi,
Cimmeriaq; graui pressæ caligine terræ
Inde Melanchlenis Meotidos accola Sindon
Iungit laxamatas Scythici prope fluminis oram.
Quin & Hyperboreos montes, Scythiaq; niualis
Interiora tenent variæ sine limite gentes.
Prima Arimasporum gryphis inimica propago,
Finitimi quoque Amazonicæ telluris Alani:
Adde & Arimphæos lax artarumq; recessus,
Hippophagos, Anthropophagosq; Galactophagosq;
Quiq; intus folijs depectunt veller a Seres.
Multaq; præterea Scythicæ cognomina gentis,
Quas procul à Tanai boreali parte iacentes,
Immensus mediam percurrrens asida terram
Taurus ad extremum discludere dicitur ortum:
Taurus, qui dites populos terrasq; potentes
Indorum tepidos late speculatur ad austros.
Hic iacet emporijs tellus opulenta marinis,
Fertilis

T E R T I V S.

*Fertilis omnigenum rerum: semperq; virenti
 Fronde nemus bifera crebros parit arbore fructus,
 Multaq; vastarum nutrit portenta ferarum.
 Nulla illic hyemes: sed sol æstate perenni
 Vicinis radijs vernantia temperat arua.
 Atque ideo multæ gentes & maxima regna,
 Sinarumq; solem & Chryse peninsula: sed quis
 Omnia barbarici tractus longeq; remoti
 Nomina, tam tenui valeat percurrere versu?
 Indica cis rapidum spaciofo flumine Gangem
 Terra, Palimbotrosq; Chelonophagosq; colonos,
 Bracmanesq; tenet, mox duros Gymnosophistas,
 Bucephalaq; vrbis fines, Nysamq; superbam,
 Quam Bacchus quondam primis orientis in oris
 Condidit: at Macedo non inferiora reliquit
 Oppida transgrediens armis victricibus Indum.
 Haud procul oceani per littora flexa, Gedrosi.
 Carmaniq; iacent, & florentissima regna
 Persidis vltcrius Chaldaeorumq; penates,
 Orchoa, Persepolisq; simulq; Hecatompilos vrbes,
 Susarumq; arces, Babylonicaq; arua coluntur.
 Atq; in secessu duplici circumdata tellus
 Aequore, Petraeos montes, desertaq; passim
 Iugera, felicesq; Arabum distinguere campos*

LIBER

Dicitur: hæc Nabataorum procul intus ad ortus,
 Panchæumq; solum, Pygmæorumq; phalanges
 Terribilis gruibus spectat, pinguesq; Sabaos.
 Hæc ithuris lachrymas, & odores pascit amomi,
 Cinnamæq; custumq; simul, casiaq; saporem,
 Et nardi fruticem, ac stillantem cortice myrram,
 Nunc Sarraceni redolentibus vndique campis
 Rura tenent, Mechamq; superstitione potentem,
 Atque alias celebres dictis in partibus vrbes.
 Sed nos Hyrcani repetemus littoris oram,
 Assyrios, Medos, Hyrcanorumq; colonos,
 Cyropolimq; arcem, Niniq; ad Tigridis vndas
 Mœnia, & Ecbatanis iunctâ Ctesiphonta vetustis.
 Arsaciaq; vrbis tractum, longeq; remotos
 Bactrorum populos, Paropanisadumq; recessus.
 His Arianorum gentes, Parthosq; fugaces,
 Sacharumq; domos, Arachosiaq; insuper arua:
 Multaq; si libeat, Latiae non cognita linguae
 Oppida, iam dictis poteris coniungere terris.

Africa nunc sequitur feruore notabilis ipso,
 Vasta, minusq; frequens, tantum sæcunda ferarum.
 Interius quâ sol medius nullas iacit vmbra,
 Vrantur flammis, siccisq; teguntur arenis
 Deserti tetro serpentum afflamine campi:

Quodq;

TERTIVS.

Quodq; die, solis violento incanduit aestu,
 Humida nox reficit, paribusq; refrigerat horis.
 Sed notam Libyci peragrantes littoris oram,
 Solis ab occasu, solis videamus ad ortum,
 Anteiq; domum Tingin, constructaque Mauris
 Oppida, tum stellas humeris Atlanta ferentem:
 Vnde Molucha fluit, Maluaq; propinquior vnda.
 Hic simul Icosium Cartennaq; arua coluntur,
 Pluresq; indigenis noti cognominis vrbes.
 At numidas fines præterfluit Amsaga: post quem
 Hipponis gemina Colopisq; videbis vtrinque
 Mœnia, Rusicadaq; solum, sedemq; Siphacis
 Longius à pelago Cyrtam, & quos Tabraca cæpos
 Incolit: hinc Vticam & magnæ Carthaginis urbem
 Bragada limitibus nimium discernit iniquis.
 Mox gemina Leptis tractus, Syrtique propinqua
 Clupea cum Taphris, vbi fundit in æquora Triton
 Collectas fluuio ternisq; paludibus vndas.
 Hic circum gentes Nasamonum, Punica late
 Terra patet: mirumq; nimis quod inhospita Syrtis
 Littora Lotophagum diris incingit arenis.
 Proximus hinc sequitur Cinyps, araq; Philanæon.
 Mox ed deuexum penitus Catabathmon habebis
 Pentapolis tractum, & claram Ptolemaidis urbem

L I B E R

*Hesperiam, Arsinoenq, simul, mediamq, Cyrenen,
 Ammonisq, domũ, & geminam procul intus Oassim.
 Marmaridæ posthac passim sine mœnibus vllis
 Vilia dispersi subeunt magalia ciues.
 Inde Parætonium Mareoticaque arua sequuntur,
 Cum campis Aegyptæ tuis, qui littora rubri
 Vasta tenent pelagi, longoque ex ordine tractu
 Aethiopum terris patrium clauduntur ad austrũ.
 Hic perhibent moles per iugera multa iacentes
 Pyramidum celsas superare cacumine nubes.
 Hic Psammetichi regis labyrinthius error:
 Pluraq, non minus his extant memoranda, sed vltro
 Urbis Alexandri pariter, veterisque Canopi,
 Et Pelusiacæ gentis prope littora fines,
 Ac procul à pelago celebres recitabimus vrbes:
 Antiquæ Memphi iunctam Babylona recentem,
 Bubasti, Taneos, claramque Hyperionis arcem,
 Vermopolinq, Cynônq, polin: mox deinde videbis.
 Intus vbi Nilus Cancrisecat astra, Syenen,
 Centifores Thebas, cultamque Diospolis aulam,
 Et crocodileis exercita Tentyra monstribus,
 Omnigenumque deũ dictis procul oppida terris.
 Inde sub Aegypto minus hospita solis ob æstum
 Terra iacet campi longe lateque patentis,
 Monstrorum*

TERTIVS.

Monstrorum domus, & rapidis loca subdita flāmis.
 Decolor Aethiopum populus per littora sparsim
 Obtinet arduos vario cognomine tractus.
 Troglodytarum cultis hac parte caavernis
 Lucifero primi Blemyæ iunguntur ab ortu.
 At Agisimba procul gelidis discedit ab arctis,
 Atque umbras rerum vicinos iactat in austros.
 Hic memorant Nilum Lunæ de montibus ortum,
 Per varios riuos vastosq; paludibus auctos,
 Hinc Elephantinamq; urbem, lateq; patentem
 In medio Meroen concludere: proxima sed post
 Aegyptus latis spaciātem flumine campis
 In pelagus Pharium septena per ostia fundit.
 Interius deserta tenent nudi Garamantes,
 Mox Elephantophagiq; Anthropophagiq; feruntur,
 Et Gamphasantes timidi, Satyrique petulci.
 At procul hesperium late per littora tractum
 Atlantesq; feri, Getulorumq; coloni,
 Nigritæq; habitant, simul & phaurusia pubes:
 Insuper & plures alibi: sed promptius altis
 Nubibus, & nitidis dederim cognomina stellis,
 Quam totidem populos, linguas, faciesq; locorum,
 Regnaq; terrarum, cumq; ipsis oppida campis,
 Apricos montes, & opacas undique sylvas,

LIBER

Stagnantesque lacus, & crebri vorticis amnes,
 Littoraque & gratos passim comprehendere portus.
 Has tamen è multis variarum nomine rerum
 Percurri breuiter mixtas regionibus vrbes.
 Quarum pars superest prisco sub nomine, pars est
 Excidij deleta: locisq; manentibus iisdem,
 Per totidem linguas & secula temporis acti
 Nomina diuersis causis mutata feruntur.

Nunc locus oceani, quæ sunt à Gadibus vsque
 Auroram, & totum quæ circumplectitur orbem
 Nereus, æquoreis ambitas dicere terras
 Fluctibus, extremo terrarum fine coluntur
 Cassiteri venæ celebres grauiore metallo
 At procul Hybernis succedunt Anglica regna,
 Littoribus Scotiæ coniuncta: sed Anglia primam
 Londinum, & claras per littora continet vrbes.
 Orchades hinc multæ numerantur, et vltima Thu-
 Atque in secessu propior Selandia tellus. (le.
 Vltior Scythicus boreali frigore pontus
 Horret inaccessus glacie densisque pruinis.
 Multæ autem terræ solis redeuntis ad ortus
 Vndique laudatis habitantur in æquore campis:
 Sed vix nomen habent peregrinis versibus aptum.
 Taprobaneque orbis medium sortita recessum,
 Lucibus

TERTIVS.

*Lucibus æquatis depressos conspicit axes.
 Hanc circum oceano variarum altrice ferarum,
 Quin & Erythræo plures memorantur in alto.
 Gorgonis hinc sedes, & inhospita tecta Medusæ
 Hesperio tractu surgunt: mox arua beata,
 Et fortunata sparsa sine semine terræ.
 Et etiam ulterius non visa prioribus annis
 Insula, diues opum cultuq; immanis agresti,
 Quam lucris studium, rerumq; cupido nouarum
 Prima sub extremo conspexit sole cadente.
 Illa tamen valeant: iam nunc propiora sequuntur,
 Herculeoq; freto positis vtrinque columnis,
 Intromissa fluunt per apertas æquora terras,
 Extantesq; vagis campos mirantur in undis.
 In primis Ophiussa mari consurgit Ibero,
 Cumq; ebusitanis belearica regna colonis,
 Atque aliæ plures passim sine honore iacentes.
 At breuibus spacijs despectat corsica tellus
 Littora Sardinia: Tyrrhenum deinde per æquor
 Pontia cum Prochyta, Caprea, Planasia: moxq;
 Scylla ferox canibus, simul & Zanclea Charybdis.
 Ausonia Siculaq; tenent confinia terræ.
 Inde Pithecusæ, Lipara & Vulcania, post quas
 Strongyle, & innumera penitus visuntur in alto*

L I B E R

*Insula: ante alias sed enim præstantior (olim
 Cyclopum cærerisq; domus) Trinacia montes
 Finibus extremis diuersa per æquora fundit,
 Cumq; Peloriade Lilyben, uastumq; Pachynum:
 Interius celebrem flammis uiuacibus Aetnam,
 Atque Erycis templū & claras amplectitur vrbes,
 Messanam, Catinam simul & megarenſia rura,
 Cumq; Syracusis Drepanū, notamq; Panormum,
 Tauromenō Camerinā, Agraganta, Leontio, Hy-
 Sunt etiā Adriaco Diomedis nomino dictæ. (blā.
 Et quas Ionium late circumfluit æquor,
 Phæacum sedes Corcyra, & littus Echinæ
 Insula mox Cephallenorū, et nemorosa Zacynthus,
 Illustrisq; Ithaca, et Strophades quas dira Celæno,
 Harpyæque aliæ quondam tenuisse feruntur.
 Hinc Theganusa iacet, Veneriq; dicata Cythera,
 Insuper & Salamis, propiorq; Aegina: sed intus
 Myrtoum Sporades fluctu circumsonat æquor
 Nisyron, Olearon, Theram, Melonq; rotundam,
 Syron & Hippurim, Patmō, viridemq; Donyſam:
 Inde Lebynthon & Icariam, sparsasq; per altum
 Cycladas, albentemq; Paron, planamq; Seriphon,
 Mox Delon Mycone celsa Gyaroq; reuinctam,
 Florentemq; Cythnon, Sicynnon, sacramq; Lyao
 Naxon,*

T E R T I V S.

Naxō, & hinc Siphnō, & Rhēnē, mox Tenō & An
 Separat Aonijs procul hinc Enripus ab oris (drō
 Euboicas vrbes, Chalcin, niueamq̃, Caryston,
 Ceneique iugum, infidumq̃, Capharea nautis.
 Adde tot Aegæo distinctas æquore terras,
 Sciathon, & nitidis laram Peparethon oliuis,
 Tum Scopelon, Scyrū, & Vulcani mœnia Lemnū,
 Threiciamq̃, Samū, Tenedō, mox Chiō & Imbrō,
 Et mitylenæam spacioſo littore Lesbon,
 Iunonisq̃ domum, ſed Aſtypaleia rura,
 Carpathijq̃ maris Rhodiorum & Apollinis vrbes,
 Lindon, Ialyſonq̃ue ſimul, veteremq̃, Camiron.
 Illuſtrant etiam Creten hecatompolin vrbes,
 Lyctus & hinc Gnoſus, Cydon, Gortyna, Lycaſtus,
 Atque aliæ, quarum vix nomina nota ſuperſunt:
 Ida Iouis cunæ, & Dictæi culmina montis,
 Hiſq̃, Samonion adiunges, Criuq̃ue metopon.
 Iſſicus inde ſinus Cypri completitur vrbes, (liſ.
 Cū Salamine Paphū, grauidāq̃ Amathūta metal-
 Sed quid nota ſequor? multæ ſine lege iacentes
 Inſulæ oceana in magno, medioq̃ue profundo,
 Partim homini cultæ, partim deſerta ferarum
 Paſcua, neglectis pelagi clauduntur in oris.
 Quædam iam celebres, olim ſino nomine terræ

LIBER

Multarum nec honor priscus, neq; nomen habetur,
Sed libet hoc portu fessas subducere naues.

RVDIMENTORVM COS-
mographicorum Liber IIII.

Postquam præcipuis cæli terræque marisque
Partibus inuecti, verboq; creata potenti,
Humanæq; manus monumenta stupemus & artem:
Nunc propiora sequi, mandumq; videre minorem,
Et quicquid propter talem deus ipse creauit,
Ingeniumque hominis longo quæ reperit vsu
Dicere pergemus: superent modo nomina rebus.
Principio terræ dominum, rerumque potentem,
Præstantem specie fortunatumque superni
Numinis aspectu, quamuis damnauerit error
Impius, & diræ subiecit corpora morti:
Non tamen ingenuæ penitus vestigia formæ,
Nec data cesserunt diuinæ semina mentis:
Quæ solus nouit, solus scrutatur ab alto,
Qui regit affectus varios, animisq; vigorem
Suggestit, & corpus magnis virtutibus implet.
At nobis breuiter, quæ sensibus vndique nostris
Occurrunt notæ referentur carmine partes
Corporis & summo quæ sunt à vertice membra.

Sanguis

Q V A R T V S.

*Sanguis, adeps, cerebrũ & pingui cũ carne medulla,
 Venarumque viæ graciles, arteria, nerui,
 Ossaque, membrana, sudoriferique meatus,
 Et cum visceribus distincta in corpore fibra.
 Moxq̃, decus capitis vultus, geminaque lucerna
 Corporis, & custos tenera palpebra pupilla,
 Occiput atque aures, cilium, caluaria, nasus,
 Maxilla duplices, & frons sacrata pudori,
 Temporaque & nares, calamistratique capilli,
 Elatumque supercilium, promissaque barba.
 Mandibulamq̃, tegens mentum, labiumq̃, decorum,
 Os hominis, rostrumq̃, auium, rictusque ferarum.
 Hinc guttur subit, atque imo tonsilla palato,
 Et gula dependens à faucibus, inque recuruis
 Gingiuis dentes, septa munimina linguae.
 Affinis iugulo ceruix, collumque superbum,
 Spinaque vertebra toto fortissima dorso,
 Brachia cum scapulis, humerus, manus, vlna, lacer-
 Musculus, axillaq̃, caua, cubitiq̃, sequentes, tus,
 Palmaque cum digitis, index cum pollice, verpus,
 Sinciput atq̃, vterus, cutis, & cum ventre papilla,
 Et ventris medium, atq̃, extremi corporis ungues,
 Hinc laterum robur costa, præcordia, mamma,
 Intestinorum series, cordisque recessus,*

LIBER

Splen cum felle, iecur, pulmo simul ilia, lumbi,
 Et fons morborum stomachus, vesica, renesque
 Pectora cum pugnibus, & edax cum clunibus aluus,
 Mentulaque, & femorum partes cum cruribus: inde
 Vulua, nates, inguen, matrix, præputia, testes,
 Cum genibus tali, & gemino cum poplite sura,
 Plantaque cum pedibus, robustaque tibia, coxa,
 Postremique, simul calces, & quicquid in ipso
 Corpore diuersum superest, propriumque ferarum:
 Concha, pilus, squammæ cum pennis, velleræ, setæ,
 Ungula, cumque toris palearia, pellis & armi,
 Cornua cum cristis, mox cauda, proboscis & alæ.

Sed dum præcipuos memoramus corporis artus,
 Sensim ad res alias ventum est: pariterque videndæ
 Quadrupedum species, seuarumque ordo ferarum,
 Iunctaque reptilium varijs insecta figuris,
 Squammigerumque genus pisces, pictaque volucres:
 Et quicquid natum tellus habet, aer & vnda,
 Atque hominis pedibus subiectum, plurima passim
 Sponte sua confert securæ commoda vitæ.
 Principioque duces, aries, & taurus, & hircus,
 Mox equus & mulus, verres, maialis & agnus,
 Inde sues, veruex, cumque, agris porcus asellus,
 Lanigerique greges, ouium petulansque capella,
 Bubalus

TERTIVS.

Bubalus ac barrus, vitulus, bos, vacca, caballus,
Capreoli, leporesq; leues, & odora canum vis,
Armeniae tigres, iracundiq; leones,
Cumque lupis vrsi, lynces, panthera, camelus,
Simius, ichneumon, erinaceus, hinnulus, histrix,
Rhinoceros, elephas, crocodilus, cercopithecus,
Tragelaphusq; hippopotamus cum dorcado ceruus,
Sæuus aper, volucresque ibices, pardi que feroces,
Syluestresque onagri, vulpes, leopardus & vrus,
Talpaque luce carens, crocuta, sciurus, hyæna,
Castores amphibij, lutra, damæque fugaces,
Murilegi feles, sorices cum muribus atque
Mustelis, glires, viuerra, cuniculus, hædus:
Ignotaque aliæ species atque ora ferarum,
Quæ passim varius sine nomine procreat orbis.
Corporis exigua sunt & quæ mole feruntur,
Fucus iners, apiumque genus, vespæq; nocentes,
Infestumque crabro pecus, atque infestius æstrum,
Musca, culex, bruchus, cynomya, teredo, locusta,
Atque hyemis formica memor, segnisque cicada,
Blattaque, papilio, tineæ, & cum cimice bombyx,
Pyrausta simul & nitidis lampyrides alis,
Curculio, campe, conuoluulus atque cerastes,
Hinc eruca pulex, & amica cruoris hirudo,

LIBER

Stellio, lumbricus, scarabæus, araneus, aspis.
Scorpius, aspectuq, nocens basiliscus, echidna,
Cochlea, & infestus serpens, buprestis & hydrus,
Tum domi porta subit testudo, lacerta, dracones,
Tippula, rana, grauis bufo, salamandra, rubeta,
Cantharis ac limax, scolopēdra, phalangia, gryllus.
Quin etiam liquidis quædam pascuntur in undis,
Ostrea cum conchis, cancer cum murice, perca,
Cetus, amansq, hominis delphinus, phoca, balena,
Versicolor polypus, cum passere salpa marino,
Carpio cum scombris, & cum torpedine rhombus,
Cumq, halece scarus, murenaq, sepia, salmo,
Gobius, auratæq, acipenser, mena, silurus,
Tymnus & anguilla, canis, & cū mugilæ congrus,
Hinc lupus ac barbo, mulusq, echeneis, hirundo,
Quiq, ferunt alijs accepta vocabula rebus.
Inde genus volucrum cælo quod gaudet aperto,
Anser, anas, perdix, turdus, gallina, palumbes,
Nisus & accipiter, motacilla, monedula, miluus,
Psittacus hinc sequitur, pictisq, nitentia pennis
Corpora pauonum, phasianus, turtur, hirundo,
Vocales merula, fringillaq, frigore gaudens,
Regulus, halcyonesq, & sturnus, alauda, coturnix,
Attagen atq, apodes, philomelaq, passer, acanthis,
Pica

Q V A R T V S.

Pica loquax, aquilaq; leues, & garrula cornix,
 Graculus & picus, cuculus, curruca, columba,
 Gryphes hyperborei, phœnix simul ardea, cygnus,
 Struthius ac falco, & cum porphyryone pygargus,
 Aeriæque grues, longoq; ciconia rostro:

Hinc fulica atque parix, vultur, ficedula, mergus,
 Et cristatus epops, ibisq; infesta colubris,
 Noctuaq; & meropes, bubo funestus, & ortus,
 Nycticorax, ulula, strix, vespertilio, coruus,
 Quæque locis alio viuunt sub sole remotis,
 Et peregrina tenent cognomina. Protinus illis
 Quicquid in Alcinoi syluis, & Adonidis hortis
 Crescit, hamadryadum saltus, viridesq; napæas,
 Et quas immenso tellus producit in orbe,
 Vallibus aut campis fluuijsq; & montibus altis,
 Per varias species necitemus in ordine plantas.

Primaq; citro adest, mox cedro et innuba laurus,
 Hinc acer & ficus, pinguesq; sequuntur oliuæ,
 Pampineæ vites, & amictæ vitibus ulmi,
 Persicus atque pinus, sambucus, amygdalus, ornus,
 Sacra Ioui quercus, frondosaq; tegmine fagus,
 Castaneæque simul coryli, patulaq; iuglandes,
 Bdellia, lentiscus, fructuq; onerata rubenti
 Arbutus, & lentæ victoris præmia palma,

LIBER

*Populus & præcox cerasus, nodosaq; cornus,
 Et platani steriles, curuataq; glandibus ilex,
 Hinc abies, pinusq; virens, labrusca, cupressus,
 Esculus ac tedæ pingues, ferulaq; minaces,
 Molle filer, picea, malus, terebinthus: at inde
 Taxus & amnicolæ salices, lentæq; genista,
 Mespilus & morus, larix, oleaster, arundo:
 Mox hebenus, lotusq; & spinis prunus acutis,
 Et cum iuniperis cytisi, fatuaq; mariscæ:
 Hinc tilia molles, & fraxinus utilis hastis,
 Horrentesq; rubi, simul & viburna, chamædrys,
 Cum rusco sorbus, cum spino myrtus & alnus,
 Perpetuoq; virens buxus, tenuesq; myricæ:
 Milleq; pomorum species, quibus optima tellus
 Expromit varios ima radice sapes,
 Cum nucleis resinam, & maturo semina fructu,
 Cumq; acinis baccas, glandesq; vuasq; nucesq;.
 Hinc frutices simul & nitidæ cum floribus herbae,
 Balsama cum casia, thus, myrraq; nardus, amomū,
 Acacia & moly, mox dira aconita sequuntur,
 Narcissus, viola, & nimium rosa plena pudoris,
 Caulalis, ænanthe, rododaphne & amaracus, iris,
 Acorus, hyssopusq; althæa, lauendula, caltha,
 Fœniculumq; anisumq; chelidoniumq; crocumq;.*

Rugosum

Q V A R T V S.

Rugosum piper, & pallentis grana cumini,
 Et cum lactucis caryophylla, zingiber: inde
 Oxima chærephylumq, immortalesq, amaranthi,
 Et satureia thymi referens thymbræq, saporem,
 Salvia, dictamnus, blittum, colocasia, sandyx,
 Peucedanumq, apiumq, melanthia, petroselinum,
 Ambrosia, & bacca semper frondentis acanthi,
 Capparis & tristes inula, corruda, sinapis,
 Artemidisq, chamæpidiosq, atque achradus herbæ,
 Allia cum cepis, coriandra, papauer, anethum,
 Corchorus in lachanīs, carex, absinthia, spelta,
 Rutaq, serpillumq, & suaue rubens hyacinthus,
 Silphion, andrachne, raphanus, nasturtia, caules,
 Brassica cum rapis, cyperus, spinachia, porrum,
 Pisa, fabæ, ciceres, reliquiq, leguminis ordo,
 Ordeaq, & milium, far, chondrus, auena, siligo,
 Infelix lolium, viciæ, tristisq, lupinus,
 Triticæ messes, & humi nascentia fraga,
 Cum fœnugræco staphylinus, aristolochia:
 Hinc eruca salax, scolymus, saryriq, gemelli,
 Marrubiū, panicumq, & hyoscyamus, sagapenum,
 Lapsana, verbascum, plantago, anchusa, simulq,
 Esula cum betis, solanum, stychnus, oryza,
 Lilia, mentastrumq, euphorbia, centaurea,

LIBER

Abrotanum, seseli, mox & cynoglossa sequuntur,
Affhodelus, similax, eryngion, enneaphyllon,
Pulegij, nepetæ simul & borraginis herba,
Bettonica & scandix, muscus cum rore marino,
Inde meliphyllon, panaces, scammonia, scilla,
Solsequiū, graueolens cunila, ac verberna, pyrethrū,
Hellenium, lupulus, buglossa, filix, adianthum,
Errantes hederæ, lapathus cum baccare, malua,
Menta, leonpodion, lentes, niueumq̃, ligustrum,
Cum rutilus ebuli baccis, melilotus, hibiscus,
Intybus atque atriplex, boletus, tubera, fungi,
Asparagi, pepones, bulbi, gelidusq̃, citrullus,
Et tenero cucumis, longoq̃, cucurbita collo,
Saxifraga, vriganum, mox glycyrriza, melones,
Granaq̃, pæoniæ, vacinia, costus, aizon,
Anthemis, & viscum quod non sua seminat arbor,
Ptisana, symphytonq̃, cichorea, myriophyllon,
Clematis atq̃, aloë, ladanū, hypericonq̃, foratum,
Hinc fiser, helleborusq̃, duplex, & noxia succo
Galbana, löchitis, mox camphora, titthymallusq̃,
Mandragoraq̃, simul flores & mæsta cicuta,
Spinaq̃, cum rusco, paliurus, lappa, triphyllon,
Carduus ac tribulus, rhamnusq̃, vrtica, faselus,
Cum pentaphyllo saliuca, dracunculus: inde
Cannabis

Q V A R T V S.

*Cannabis & spartū, linumq̃, anagyris & eruum,
Iuncus cum scirpo, simul vlua, papyrus & alga,
Stirps, radix, folium, flores cum cortice, rami,
Spicaq̃, cum siliquis, stipulaq̃, & culmus, arista,
Sed quis cunctarum vires & nomina verbis
Explicet, aut possit totidem discernere formas?
Cum plures herbæ quàm nomina: proinde relictis,
Naturæ rebus, magis explorata sequemur.*

*Atque magistratus dicemus & officiorum
Nomina, & artificum diuersas ordine sectas,
Archiduces, comites, celsum cum principe regem,
Induperatorem, chiliarchon, & inde tribunum,
Hinc subit inuicti miles cum cæsaris armis,
Satrapa, præfectus, gemino cum consule quæstor,
Mox proconsul, eques, vexilliferumq̃, secuti
Cum ducibus, præco, legatus, scriba, satelles,
Aedilis, prætor, iudex, equitumq̃, magister,
Interrex, censorq̃, grauis, sanctusq̃, senatus,
Patricioq̃, simul cum dictatore decani.
Carnifici iunctus centurio, lictor & augur,
Pontificumq̃, grauis fido cum præside cætus.
Ianitor atque vigil, cumq̃, ædituente sacerdos.*

*Sunt etiam variæ famosi nominis artes,
Quas quis vel casu, quel quas ratione secutas:*

LIBER

Hinc professorum venit longissimus ordo,
 Grammaticus, rhetor, dialecticus, inde sopista,
 Astrologus, geometra simul, iurisq; peritus,
 Philosophus, medicus, post musicus atq; poeta,
 Cumq; mathematico socius chirurgus, & acri
 Physicus ingenio, vates, phonaescus, aliptes,
 Tibicen, historicus, phrygio, tractator arithmi,
 Bibliopola simul sculptor, cocus, archimagirus,
 Chalcographus, solers pictor, praesagus aruspex.
 Inde propola venit pariter cum litis amante
 Causidico, post hunc fidicen, vespillo, gusq;
 Pannifices, fullo, tubicen, figulusq; sequuntur,
 Institor, aurifices, mercator, pharmacopola,
 Mox lapicida, faber, cytharædus, pellio, textor,
 Cumq; trapezitis, fusor, gemmarius: inde
 Vinitor, herbarum legulus, factorq; papyri,
 Athletæ, pugiles, & cum cursore probatus
 Schœnobates, tonsor, chartarius & gladiator,
 Quiq; simul statuas, unguentaq;, cribraq;, sellas,
 Carbonesq; solent & vitra parare, quibusq;
 Bractea, marsupium, pariter cimenta, sagitta,
 Plaustraq;, carpentumq; dedisse vocabula constat.
 Funificesq; simul sutor, coriarius: & mox
 Oeconomus, lanius, pincernaq; & architriclinus.
 Pistor,

Q V A R T V S.

Pistor, & hinc molitor, mensarius, & publicanus:
 Tum gladiatorum opifex, & notior hospite caupo,
 Nauta simulq, agilis remex, auriga victor,
 Agricola atque olitor, piscator, villicus, auceps.
 Hinc durus messor, tornarius, histrio, sartor,
 Mulio & agonismus, venator, fossor, agaso,
 Pastor & vpilo, mox bubsequa, mango, subulcus.
 Inde gradus veniunt, & iuncti sanguine cætus,
 Agnati pariter cognatorumq, propago,
 Affinis, coniunx vxor, proci atque maritus,
 Cum socero, sponsusq, gener, socrusq, nurusq,
 Sobrini, patruusq, grauis, geminiq, parentes
 Cum genitrice pater, matertera, consobrini,
 Germaniq, simul fratres, gratæq, sorores:
 Hinc patruelis adest, natiq, simulq, nepotes,
 Mox & auus proauusq, & auūculus atq, gemelli,
 Fratris cum leuiro, iunctusq, sororius: inde
 Vitricus, atque audax sequitur cum glorie nouerca.
 Priuignus pariterq, amita atq, amitinus: at vltra
 Patronusq, reusq, cliens, testator & hæres,
 Et cum legitimo paruus tutore pupillus.

Nunc simul ingenijs clarorum inuenta virorum
 Instrumenta, operum varius quæ postulat vsus:
 Et structurarum partes, luxusq, regentis

Corpus & escarum percurreret nomina carmen.
 Quanquã hæc de multis sint pauca vocabula rebus:
 Mensa, tripas, flabrum, catinus, scutella, canistrum,
 Vrcus ac scyphus, mox amphora, cantarus, vrna,
 Olla, lebes, cacabus, discus, sartago, patella,
 Arca, lagena, cadusq;, & coëta fidelia limo,
 Libra, calix, modius, crater, lanx, quadra, salinũ,
 Pocula cum calathis, guturnia, peluis, amussis,
 Et cum pistillo mortaria, follis, ahenum,
 Fuscina, marsupium, & firmis carchesion ansis:
 Inde veru, coclear, chytropus, mantile, paropsis,
 Cupaq; cum loculis, cyathi, pateræq; capaces:
 Mox infundibulum, culter, craticula, funda,
 Mappa simulq; abacus, lychnus, cū forfice, cribrũ,
 Atque Cytoriaca plenæ cum pyxide cistæ,
 Tessera cum talis, agilis pila, deinde fritillus.
 Tibia, testudo, cytharæ, tuba, fistula, plectrum,
 Dux laterna vitæ, speculum, candelabra, sistrum,
 Stragula, lodices, lectus, substrataq; mollis
 Culcitra, puluinar, cunabula, sponda, scabellum,
 Scrinia ceruical, iunctisq; aulae a tapetis,
 Circinus, ampullæ: mox dentiscalpia, corbes,
 Anelia, rastelli, mulétrale, catena, batillum,
 Fusus, verticulumq;, colus, glomus, annulus, orbis,
 Filaq;

Q V A R T V S.

*Filaq̃, pecten, acus, simul addita licia tela,
 Hinc dolabra, lima, cum forcipe, malleus, incus,
 Ascia cum terebro, cuneus cum cote, securis:
 Tum runcina, scopæ, fabrilia scalpra, dolones,
 Torcular, & prælum, ac dentatæ lamina serræ,
 Sarcula, ventilabrū, & triplici cum falce bidentes,
 Carpentum, temo, currus, rota, vomis, aratrum,
 Arbuteæ crates, & mystica vannus lachi,
 Stinaq̃ cum radijs, buris, ligo, canthus & axis:
 Hinc saccus, dolium, contextaq̃, fascina virga.
 Gausape, mox restis, pluteus, lectica, cylindrus,
 Tribulaq̃, traheaq̃, & iniquo pondere ratri,
 Sella quoque & phalera, strigiles, furcæq̃ bicornes,
 Calcar cum stimulis, & ephippia, frena, capistrum,
 Retia, muscipulæq̃, amites, pedicæ, atque matellæ,
 Verriculumq̃, auidisq̃ voratus piscibus hamus,
 Hastaq̃ cum clipeo, gladius, vagina, bipennis,
 Calua, simulq̃, arcus, & plena pharetra sagittis,
 Pugio, bombardæ, catapulta, balista, flagellum,
 Mantica, malluuiū, trochus atq̃, nouacula, parma.
 His quoque diuersæ succedunt ordine partes,
 Aedibus in cunctis quæ plusuè minusu struuntur:
 Porticus, aula, domus: pauimentum, limina, postes,
 Ostia, vestibulum, & bifores cum cardine valuæ.*

LIBER

*Atria, triclinium, putens, cœnacula, scamnum,
 Cum locuplete penu stabulum, vinaria, cellæ,
 Hinc hypocausta, bases, camera, celsæq, columna,
 Iunctaq, cum caueis apotheca, cubilia, fornix,
 Carcer, & effosso, deducta cloaca canali:
 Inde peristylum, testudo, gynæcion, antes,
 Cum fundamento paries, laquearia, portæ,
 Ianua, & interior postica, fenestra, latunar,
 Pessulus atque seræ, clauessq, repagula, vectes,
 Pergula, scala, gradus, podium, præsepe, caminus,
 Moxq, culina, focus, fornax, fumaria, furnus,
 Hortus & impluuium, granaria, balnea, turres,
 Area, protectum simul & subgrundia, culmen,
 Scādula cū trabibus, tegulæq, & tignus, & imbrex,
 Horrea, cancelli, & summi fastigia tecti.*

*Sunt etiam nauis partes, & multa suppellex,
 Malus, & antennæ tranuersis cornibus, vnde
 Carbasa dependent, remi, crassiq, rudentes,
 Transtrorum series, pariterq, harpago, carina,
 Ancora cum rostro proræ, fixusq, repandis
 Puppibus & certo reclus moderamine clauus.
 Indumenta simuluario confecta labore,
 Pellibus & pannis, de bombyce, vellere, lino:
 Purpura, pelliciumq, chlamys, toga, penula, sindon,
Pallia,*

Q V A R T V S.

*Pallia, diplois, strophium, multicia, peplum,
Hinc tunicis manicæ sunt, & redimicula mitris:
Byssus ad hæc, & cum lato sudaria clauo,
Infulaq, & regale decus diadema sequuntur,
Bullaq, & interulæ, stola, flammea, vitta, lacerua,
Cingulus & caligæ, braccæ, prætexta, tiaræ,
Balthæus ac thorax, galeæ mox fibula, cestus,
Fascia, ciliciumq, & prodigiosa cuculla,
Fimbria, reticulum, chirotheca, monilia, pallæ,
Sandalium, torques, tremulæq, in vertice cristæ,
Supparus atque sagum, loricaq, limbus, abolla,
Centones, trabæ, cum cyclade, læna, calyptra,
Palludamentum, femoralia, bardocucullus,
Calceus, atque ocreæ, conus, pileusq, galerus,
Cum soleis, crepidæ, socci, celsiq, corurni.*

*Sunt etiam omnigenum delectamenta ciborum,
Siue ea dura fames reperit, siue ipsa voluptas:
Panis & intritum, simul & bellaria, pultes,
Assaq, cum frixa atq, elixa carne, medulla,
Condimenta salis, mox & prædulcia mella,
Saccaron, offa, garum, rucceta, tomacla, polenta
Cum pulpamento, scriblita, botellus, & ouum,
Artocreaq, fauusq, recens, obsonia, manna,
Pappaq, sarcimen, petafo, placenta, butyrum,*

LIBER

*Darati sale terga suis, cum sumine, perna,
 Caseus, isſicium, succida, deinde minutal,
 Castaneæq̃, nucesq̃, & suaue rubentia mala.
 Hisq̃ epulis grati miscentur saepe liquores,
 Hydromel, & mulsum, ceruisia, nectar, acetum,
 Potus aquæ, x̃ythum, cum succo pinguis oliui,
 Cumq̃ mero vinum dilutum, ac defruta, mustum,
 Hinc muria latices, & optimi copia lactis,
 Vile serum, vappæq̃ stupor, siceræq̃ sapor.*

*Verum hæ humanæ diuis concessa saluti,
 Morborum ingenti contra pensantur aceruo:
 Quos tandem pariunt vitiati in corpore primum
 Quatuor humores, cholera & cū sanguine plegma
 Atque meclancholia: & rerum peruersus abusus:
 Nanque aer, cibus & potus, motusq̃ quiesq̃,
 Somnus & excubia, replendiq̃ insuper ordo,
 Affectusq̃ animi, multum dominantur vtrunque
 In partem, & prauo generant moderamine morbos:
 Qui partem chronici, partim acuti.*

*Hinc tuſſis, spasmus, tetanus, dyspnœa, catarrus,
 Vulua, singultusq̃, & cum rauedine rheuma,
 Scruma q̃ cum gibbo, sycosis, verruca, cicatrix,
 Vomica, lichenes, varix, glaucoma, parotis,
 Et cum furfuribus, cumq̃ intertrigine scyrrus,*

Lentigo


Q V A R T V S.


Lentigo ac scabies, & cum porrigine, psora,
 Phthiriasisq; scatens, furunculus, inq; petigo,
 Et quæ vicini corpus contagia lædunt,
 Mydriasisq; simul madarosis, opisthoronosq;
 Polypus & graueolens oxana, grauisq; coryza:
 Hinc & alopeciam sequitur, cephalæa, veterinus,
 Leucoma, ægilops, ophthalmia, brachus & aphtha,
 Trichiasis, vitiligo, simulq; scotoma, synanche,
 Et tactu mentagra nocens, epinyctis & alphas,
 Phthisis, erysipelas, anorexia, syncope & asthma:
 Moxq; paronychia morbo subit algos odonton,
 Hemicræna grauis, manuum nodosa chiragra,
 Lepra, elephantiasis, cancer, gangræna, parulis,
 Hernia, prurigo, rhagades, tumidæq; mariscæ:
 Inde gonorrhœæ labe, stranguria, & horror,
 Ischias, arthritis, phagedæna, podagra, marasmus:
 Tum dysentericæ fluxus, & tormina ventris,
 Cumq; diarrœa, lienteria, atque tenasmus,
 Icterus, ascites, simul hæmorrois, & hydrops,
 Bulimus, & languens dyspepsia, calculus, ichor,
 Colica, lithiasis, dysuriæ, mox diabetes,
 Cumq; priapismo, bubon obscænus: at inde
 Celiacus morbus, pleuritis, & enterocèle,
 Cardiacusq; dolor, tonsilla, nephritis & anthrax,


LIB. QVARTVS.


Incubus, hydrophobus, raptæq; epilepsia mentis,
 Quem morbum herculeum dicunt, sacrumq; caducumq;
 Infaustum inter suffragia committalem,
 Nec paralysis abesse, pariterq; epidemica pestis,
 Ecstasis, & maniae furor, atq; insana phrenitis.
 Ileus, abscessusq; graues, apoplexia morbus
 Sonticus: hinc herpes, & condyloma sequuntur,
 Exanthema, simulq; oscedo, cachexia, phlegmon,
 Pulmonis spenisq; labor, cephalalgia: febres,
 Hæctica cum putrida, tritæa, & ephemera, caisson,
 Quartana atque aliæ, quarum discrimina nouit,
 Qui solus mundi cunctas speculatur abyssos,
 At nos chiliadas rerum numerare parati,
 Vocibus in medio priuamur: nec tamen ista
 Nomina cum proprijs pigeat perdiscere rebus.
 Cetera quæ restant, nec sunt numerata sub istis
 Versibus, explebunt doctorum scripta virorum,
 Nos quoque difficili functi mea musa labore,
 Cum perculsa graui premerentur pectora fluctu,
 Arma inter media, & rabiosam demonis iram:
 Carmina nunc alios potius cantare sinamus.

F I N I S.










CIRCVLI SPHAERAE


CVM V. ZONIS.

V ZONIS.



ORDO PLANETARVM

CVM ASPECTIBVS.



REGIONES ET NOMINA

VENTORVM.

SEPTENTRIO.

Θρακίας

Circius

Απαρχτίας

Septentrionarius

Nord.

Βορέας

Aquilo

Αργεῖος

Caurus


Ζέφυρος

Fauonius

Vuest.

Λίψ

Africus



Κακίας

Helleſpōtius

Απηνλιώτης

Subſolanus

Ost.

Εὐρ

Vulturinus

ORIENTIS.

Αἰθέρων

Νότο

Auster.

Sud.

Εὐερέως


MERIDIES.

VNIVERSALIS

Climatum



SEPTE



TIGVRL NE

COSMOGRAPHIA






















































08051





c

J565
H775r





